

## Ezechiel

362

suis conuertat: non fuerit conuersus a via  
 sua.iple in iniquitate sua morietur. Porro tu  
 animam tuam liberaisti. Tu ergo fili hominis dic ad  
 hominum israel. Sic locuti estis dicentes:  
 Iniquitates nostrae et peccata nostra super nos  
 sunt: et in ipsis nos tabescimus. Quomodo ergo vi  
 uere poterimus? Dic ad eos. Vno ego di  
 cit dominus deus. Nolo mortem impij: sed ut con  
 uertatur impius a via sua et uiuat. Conuer  
 timini a vijs vestris pessimis. Et quare morietur  
 mini dominus israel? Tu itaque fili hominis dic ad  
 filios populi tui. Iusticia iusti non liberabit  
 eum in quacumque die peccauerit: et impietas  
 impij non nocebit ei in quacumque die con  
 uersus fuerit ab impietate sua. Et iustus  
 non poterit uiuere in iusticia sua. in qua  
 cumque die peccauerit. Etiam si dixerero iusto  
 quod uita uiuat: et confusus in iusticia sua fe  
 cerit iniquitates: omnes iusticie eius oblivioni  
 tradentur. et in iniquitate sua quam operatus est  
 in ipsa morietur. Si autem dixerero impio: mor  
 te morietur. et egerit penitentiam a peccato suo. fece  
 ritque iudicium et iusticiam: et pignus restituerit  
 ille impius. rapinamque reddiderit. in ma  
 dag vita ambulauerit. nec fecerit quicquam in  
 iustum: uita uiuet et non morietur. Quia pecca  
 ta eius que peccauit: non imputabuntur ei  
 Iudicium et iusticiam fecit: uita uiuet. Et  
 dixerunt filij populi tui. Non est equi pon  
 deris uia domini. Et ipsorum uia iniusta est. Cum  
 enim recesserit iustus a iusticia sua feceritque  
 iniquitates. morietur in eis. Et cum recesserit  
 impius ab impietate sua. feceritque iudici  
 um et iusticiam: uiuet in eis. Et dicitur. Non  
 est recta uia domini. Unumquemque in uias  
 suas iudicabo de uobus domine israel. Et factum  
 est in duodecimo anno in decimo mense.  
 in quinta mensis transmigrationis nostre:  
 venit ad me qui fugerat de babilonia dicens:  
 Vastata est ciuitas. Manu autem domini facta  
 fuerat ad me uespere antequam ueniret qui fuge  
 rat. aperuitque os meum donec ueniret ad  
 me mane: et apertus ore meo non silui am  
 plius. Et factum est uerbum domini ad me di  
 cens. Fili hominis: qui habitant in ruinosis  
 his super humum israel loquentes aiunt.  
 Quomodo erat abraham: et hereditate possedit

terram. Nos autem multi sumus: nobis da  
 ta est terra in possessionem. Idcirco dices  
 ad eos. Hec dicit dominus deus. Qui in  
 sanguine comeditis: et oculos vestros le  
 uatis ad immundicias vestras et sangui  
 nem funditis. nunquid terram heredita  
 te possidebitis? Stetitis in gladijs uestris  
 fecistis abominatidnes: et unusquisque pro  
 ximum sui pollut: et terram heredi  
 tate possidebitis. Hec dices ad eos. Sic  
 dicit dominus deus. Vno ego: quia qui  
 in ruinosis habitant gladio cadent: et qui  
 in agro est. bestias tradet ad deuorandum:  
 qui autem in presidij et in speluncis sunt  
 peste morientur. Et dabo terram in solitu  
 dinem et in desertum et deficiet superba  
 fortitudo eius: et desolabuntur montes  
 israel: eo quod nullus sit qui per eos traseat.  
 Et scient quod ego dominus: cum dedero terram  
 eorum desolatam et desertam. propter uniuersas  
 abominationes suas quas operati sunt.  
 Et tu fili hominis. filij populi tui qui lo  
 quuntur de te iuxta muros et in ostijs do  
 morum: et dicunt unum ad alterum. uir ad  
 proximum suum loquentes: uenite et au  
 diamus quod sit sermo egrediens a domino. Et  
 ueniunt ad te quasi si ingrediat populus: et se  
 dent coram te populus meus. Et audiunt  
 sermones tuos et non faciunt eos: quia in  
 canticum oris sui uertunt illos. Et auari  
 ciam suam sequitur cor eorum: et es eis quasi  
 carmen musicum quod suauiter dulciter sono  
 canit. Et audiunt uerba tua et non faciunt  
 ea: et cum uenerit quod predictum est. ecce  
 enim uenit: tunc scient quod propheta fuerit  
 inter eos.

XXXIII

**E**t factus est uerbum domini ad me  
 dicens. Fili hominis: propheta de pa  
 storibus israel. propheta et dices pasto  
 ribus. Hec dicit dominus deus. De pastoribus  
 israel: qui pascebant semetipsos. Nonne  
 greges a pastoribus pascebuntur? Et ac co  
 medebatis et lanis operiebamini: et quod  
 crassum erat occidebatis: greges autem meos  
 non pascebatis. Quod infirmum fuit non co  
 solidastis: et quod egrotum non sanastis  
 Quod contractum est non alligastis: et quod

¶ 2

Nota Char pr  
pustor